UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Constitvtiones Societatis Iesv

Ignacio <de Loyola>

Romae, 1570

Qvibvs In Rebvs Domvs & Collegia Societatis proximum adiuuent. Cap. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68489

Visual Library

vel prædicare; in eo ſe exercebit ex ijs, quibus vtitur Societas in quarta Parte capite octauo dictis, & proximo capite dicendis, * quod magis conuenire iudicabit;' atq; etiã quod in ſexta parte deuitandum dicitur, ad maius Dei obſequium etiam deuitabit. A

IN CAPVT III.

A ¶ *Quãuis hoc ita ſe habeat; tamen conferre media, quibus vti debet cum eo Superiore, qui ei propior fuerit, ſemper erit ſecurius.*

QVIBVS IN REBVS DOMVS & Collegia Societatis proximum adiuuent. Cap. IIII.

QVIA non ſolùm enititur Societas diſcurrendo per varia loca, ſed etiam in quibuſdam continenter reſidendo (vt in Domibus, & Collegijs) proximos iuuare: operæpretium eſt intellexiſſe, quibus modis poſſint animæ in huiuſmodi locis iuuari; vt eorum pars illa, quæ poterit, ad gloriam Dei exerceatur. 1

Et primò quidem conferet bonum exemplum totius honeſtatis ac virtutis Chriſtianæ; vt nõ minus bonis operibus, imò magis, quàm verbis eis ædificationi eſſe, quibus cum agitur, curent. 2

Iuuatur etiam proximus ſanctis deſiderijs, & orationibus in Dei cõſpectu pro vniuerſa Eccleſia, ac 3

* pro

A * pro ijs præſertim, qui maioris ſunt momenti, ad eius vniuerſale bonum ' effuſis, ac pro amicis etiam, & bene de nobis meritis viuentibus, & vita functis; ſiue poſtulent ipſi, ſiue non poſtulent; ac pro illis, in quorum auxilium peculiariter ipſi, & reliqui de Societate in varijs locis inter fideles, & Infideles incumbunt; vt Deus omnes ad gratiam ſuam excipendam per debilia huius minimæ Societatis inſtrumēta diſponere dignetur.

4 In Miſſarum etiam ſacrificijs
B iuuare poſſunt, & alijs diuinis officijs, * nulla pro eis eleemoſyna accepta; ' ſiue aliqui particulares ea petierint; ſiue pro ſua deuotione quiſque ea Deo obtulerit. Et quod attinet ad Miſſas, præter eas, quæ pro Fundatoribus dicuntur, vna, vel duæ, aut plures (pro numero Sacerdotum, & prout conuenerit) ſingulis hebdomadis pro benefactoribus viuis, aut defunctis offerentur, Deum ac Dominum noſtrum rogando, vt pro illis hoc ſanctum ſacrificium admittere, & pro infinita ac ſumma liberalitate ſua eam beneficentiam remunerari, qua illi erga Societatem noſtrā ex diuino amore ac reuerētia vſi ſunt, æternis præmijs dignetur.

5 Poterit iuuari etiā proximus in Sacràmentorum admini-

IN CAPVT IIII.

A ¶ *CViuſmodi ſunt Principes eccleſiaſtici & ſeculares, & alij, qui multū prodeſſe, uel obeſſe bono anĩarū, et diuino obſequio poſsēt.*

B ¶ *Vt in ſexta Parte explicatū eſt.*

C ¶ *Præter*

administratione : præcipuè in
audiendis confeſſionibus (* ad C
quas aliqui à Superiore, qui eo
fungantur officio, ſunt deſignan
di') & in ſancto Euchariſtiæ ſa-
cramento, * extra Paſchæ tamen D
feſtum, ' ſua in Eccleſia admini-
ſtrando.

Proponatur verbum Dei po- 6
pulo aſſiduè in Eccleſia in concio
nibus, lectionibus, & in Chri-
ſtiana doctrina per eos, quos Su-
perior probauerit, & ad tale mu-
nus deſtinauerit, * & quidẽ ijs tẽ E
poribus, & modo, qui eidem ad
maiorem

C¶ *Præter eos, qui Confeſſarij ordinarij conſtituti ſunt, Superioris erit, in ſpiritualibus neceſſitatibus, quæ occurrunt, videre, cum alij horũ Sacramentorũ adminiſtrationi vacare debeat, & quod cõuenit, ſtatuere.*

D¶ *Paſcha intelligũtur octo dies ante, & totidem poſt ipſum feſtum : Quanquam eo tempore, qui facultatem haberent, vel peregrini, & reliqui, quos ius excipit, poſſunt ad communionem admitti; & illi etiam, qui, cùm iam ſuis parochijs ſatisfecerint, vellent hiſce quindecim diebus ſemel, aut ſæpius in noſtris Eccleſiis ſanctiſſimum Chriſti corpus accipere.*

E¶ *Quia quibuſdam in locis fieri poſſet, vt aliquando his medijs, vel eorum parte vti non conueniret : Conſtitutio non obligat, niſi cùm Superiori eis vtendum eſſe videretur; ſed eam intentionem oſtendit, quam habet Societas in locis, in quibus reſidet, quæ ea eſt, vt hæc tria media, uel duo ex illis, vel quod eorum magis conuenire videbitur, exerceatur.*

F¶*Exer-*

maiorem Dei gloriam & animarum ædificationem expedire videbitur.'

7 Poteſt & hoc ipſum, quod dictum eſt extra Eccleſiam Societatis, alijs in Eccleſiis, vel plateis, vel alijs locis præſtari; quando ei, qui cæteris præeſt, ad maiorem Dei gloriam conferre videbitur.

8 Curabunt etiam priuatim proximum pijs colloquijs ad meliora promouere tum conſilio, & exhor

F tatione ad bona opera, * tum etiam tradēdis ſpiritualibus exercitijs.'

9 Corporalibus etiam pietatis operibus, quantum ſpiritualia, quæ maioris ſunt momenti, permittent, quantumque vires patientur, incumbent; vt infirmis iuuandis, præcipuè in xenodochijs, eos inuiſendo, & aliquos, qui eis inſeruiant, mittendo; & diſſidentes ad concordiam reuocando; ſic etiam pauperes, ac in cuſtodijs publicis detentos, quoad eius fieri poterit, per ſe ſuble-

G uando,* &, vt alij ſubleuent, curando.' Metiatur autem oportet Præpo-

F ¶ *Exercitia ſpiritualia plenè non niſi paucis, ijſque huiuſmodi, vt ex eorū profectu non vulgaris ad Dei gloriam fructus ſperetur, tradenda ſunt. Prima verò hebdomadæ exercitia ad multos, & aliqua conſcientiæ examina, & modi orādi (præſertim primus triū illorum, qui in exercitijs proponūtur) ad multò plures etiā extendi poſſent. Quiuis enim bona præditus voluntate ad hæc idoneus erit.*

G ¶ *Nihilominus non conuenit, Societatem, vel eius*

Domos,

Domos, aut Collegia cum aliqua Cōgregatione miſceri: nec in ea vlli conuentus agantur, niſi qui ad earundem Domorum vel Collegiorum vtilitatē in diuino obſequio fient.

DECLA-

Præpoſiti prudentia (qui maius Dei obſequium ac bonū vniuerſale ſemper ob oculos ſibi proponet) quantum in huiuſmodi rebus operæ ſit ponendum.

In Collegijs, & eorum Eccle- 10
ſijs fiet ex ijs, quæ de Domibus dicta ſunt, quod fieri poterit; pro ut opportunum fuerit, iuxta Superioris (vt dictum eſt) arbitriū.

Qui talento præditus ad ſcri- 11
bendos libros cōmuni bono vtiles, eos conſcriberet, in lucem edere non debet aliqua ſcripta, niſi prius Præpoſitus Generalis ea videat, & legi ac examinari faciat; vt, ſi ad ædificationem fore videbuntur, & non aliter in publicum prodeant.

De ijs, quæ ad officia domeſtica & res alias ma- 12
gis particulares pertinent, in Regulis Domorum dicetur: nec ulterius progrediemur circa miſsiones, uel diuiſionem eorum, qui de Societate ſunt, per uineam Domini noſtri IESV Chriſti.

OCTAVA